UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

XXV. Markgraf Woldemar begiebt sich rücksichtlich der Ausstattung eines in der Nicolaikirche gegründeten Altares seiner Rechte, am 29. September 1306.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55721

Visual Library

Henrici Caminenſis Eccleſie Epiſcopi, honorabilis viri Domini Theodorici Prepoſiti et conuentus ſupra dicte eccleſie Gramſouienſis necnon noſtre ciuitatis ſigilli appenſionibus dignum duximus roborandum. Huius rei teſtes ſunt magiſter Petrus de Valkenhagen, Dominus Lambertus de Bertikow viceplebanus noſtre ciuitatis, Dominus Jacobus Prepoſitus Sanctimonialium in noua ciuitate et quam plures alii fide digni. Actum et datum Primzlaw, MCCCVI, in vigilia aſſumcionis beate Marie virginis glorioſe.

Nach Beckmann's Abſchrift des Originals.

XXV. Markgraf Woldemar begiebt ſich rückſichtlich der Ausſtattung eines in der Nicolaikirche gegründeten Altares ſeiner Rechte, am 29. September 1306.

Nos Woldemarus, Dei gracia Brandeburgenſis, Luſacie et de Landeſberch Marchio, recognoſcimus et tenore preſencium pupplice proteſtamur, Quod notorium nobis eſt, quod honeſti viri Theodoricus, plebanus in Prenzlaw et Heyno dictus Tabbars, Burgenſis in Prinzlaw, Altare, quod in Eccleſia ſancti Nycolay predicte Ciuitatis ob remedium anime ſue conſtruxerunt, cum trium manſorum partibus dotauerunt, Et inſuper de redditibus tantum dicto Altarj addicient, quantum de vigintj quatuor marcis poterit ſperari et quid nos de bonis illorum reddituum reſpicet, dicto Altari diuine remuneracionis intuitu decreuimus donare. In huius rej euidens teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum adhibitis teſtibus Domino ſcilicet Hinrico de Stegheliz noſtre curie Dapifero et fratre ſuo Domino Bertrammo et Domino Henningo de Stegheliz et Domino Ludolfo de Arndeſtorp et aliis compluribus fide dignis. Datum Warcokeſtorp, Anno Domini M°. CCC°. VI°. In die beati Michaelis per manum Petri, plebani in Gardeleghe, noſtre Curie notarij.

Aus Beckmann's Abſchrift des Originals.

XXVI. Die Markgrafen Otto und Woldemar verſprechen, ſich mit den Gebrüdern von Angermünde nicht zu verſöhnen, bevor dieſelben nicht die Schuldbriefe der Stadt und einiger Bürger Prenzlau's herausgegeben haben, am 13. Februar 1307.

Nos Otto et Woldemarus, Dej gratia Brandenburgenſes, Luſacie et de Landſberg Marchiones, Recognoſcimus et ad ſingulorum notitiam tenore deducimus cum preſentj, quod nullam prorſus compoſitionem ſeu guerram cum Hermanno, Gherardo et gegero, fratribus, de Angermunde dictis, et eorum veris heredibus inibimus nec acceptabimus, niſi Litere proteſta-